



SANCTISSIMO DOMINO
 NOSTRO CLEMENTI VIII.
 PONTIFICI MAXIMO.



DIXERAT aliquando, Beatissime Pater, Hieronymo Na-
 tali, vni ex suis alumnis Parens nostræ Societatis Ignatius,
 operæpretium facturū cum, qui ad perpetuā atque paratā
 Religiosis eiusdē Societatis Scholaribus meditando, oran-
 dique materiam ac segetem, Euangelia Quadragesima
 tota, Dominicisq̄ue per annum diebus inter sacrificandū
 recitari consueta, methodo quā breuissima certos ad

locos, seu capita meditantium vtilitati accommodata redigeret: neque id so-
 lūm, sed etiam appositis imaginibus & adnotationibus illustraret. Fecit ille
 quod optimo Patri cordi esse cognouerat, hoc ordine videlicet: Cuique Euan-
 gelicæ lectiōni historiam suam ex alijs etiam Euangelistis integrè collectam,
 imagineq̄ue expressam præfixit. Curauit deinde, vt quamlibet imaginē seq̄ue-
 retur ipsa Euangelica lectiō cum aliorum Euangelistarum concordantijs, non
 quidem integra, quia is non erat huius operis scopus, sed quæ ad hist̄iæ intel-
 ligentiam, integritatem, & plenitudinem satis esse posset. Ad vnamquamque
 Euangelicam lectiōnem sua adscripta est annotatio, quæ locū & tempus de-
 signat, quo mysteria salutis nostræ peracta fuere; breuissimā quidem illa, cum
 excellenti tamen Terræ Sanctæ descriptione, locis item nonnullis Euangelij dif-
 ficilioribus interdum explicatis. Cuilibet autem adnotationi accessit meditatio
 non minū deuota, quā erudita. Sub ipsis verò imaginibus capita illa seu pun-
 cta ad meditantium commoditatem subiecta iunt. Porro historiam ipsam vni-
 uersam auctor, prout plura aut pauciora mysteria singulis Euangelicis lectiōni-
 bus continebantur, in 153. imagines dātribuit, singulis suas Euangelicæ lectiō-
 nis partes, adnotationesq̄ue, & meditationes tribuens. Verūm auctore ante ali-
 quot annos vita functo, qui mihi superiorum permissu operis huius curam de-
 mandarat, operepretium visum fuit, si tanta imaginum moles ad ipsas adnota-
 tiones, atque ad earum ordinem redacta, & quasi inter eas abscondita non re-
 linqueretur; sed suo ordine, ac volumine seorsum ederetur: non ea tantūm ra-